

## CLASSIS QUINTA.

V E N E N O R U M  
DRASTICORUM.

AES seu CUPRUM *Offic. Mineralogorum.*  
Ordo Metallorum post ignitionem liquef-  
tium W. German. Kupfer. Gallis Cuivre.  
Anglis Copper.

CUPRUM metallum est imperfectum coloris rubri,  
sonorum, ferro mollius, admodum ductile, in omni-  
bus fere menstruis solubile, in aere, aqua, spiritibus,  
succis, oleis pressis, quale memorabile exemplum Cl.  
MONTET Acad. des Sciences 1750. ut viride æris ob-  
tinuerit; patet etiam oleis stillatitiis, salibus alcalinis,  
acidis, & mediis, ut non immerito chemicis venus di-  
catur. Inter omnia tamen menstrua, quod præsentiam  
cupri indicet nullum est, quam sal alcalinum volatile  
cum aëre agens; experimentum attentione dignum est,  
si limaturæ æris phialæ inditæ superfundatur ad plenitu-  
dinem spiritus salis ammoniaci, vase claudatur, spi-  
ritum nullo colore infici, aperto vase, demptaque spi-  
ritus aliqua portione, reliquam massam illico cœruleesco-  
re; aliud phænomenon itidem satis curiosum est, cu-  
prum acido solutum præcipitari salibus alcalinis exigua  
quantitate additis, maxima miniine. Ratio adeo evi-  
dens, ut dici non debeat.

Inter reliqua vero metalla ferrum & cuprum hoc ha-  
bent, quod dum una pars limaturæ horum, cum dua-  
bus salis ammoniaci miscetur, & igne urgetur, ut in  
con-

confectione florum salis ammoniaci martialium, & entis veneris obvenit, una saltem, licet minima salis ammoniaci portio in spiritum fugacem, & causticum salis ammoniaci concedat, ut addita calce solet; ratio genuina non satis laudando MEYERS dicta est, dum VON GELIUS solum phænomenon recenseret, nec rationem indigitaret. Cæterum inter manus tritum cuprum etiam odorum, & sapidum est, præ aliis metallis maxime sonorum, post aurum & argentum maxime ductile & malleabile, quod sub aqua bilance hydrostatica ponderatum nonam fere sui ponderis partem amittat.

## PRINCIPIA sunt

1. Vitrescibilis brunno-rubra terra, specifica cupri vocata: convictio est in experimento speculi ustoriæ solaris.
2. Phlogiston, Calx æris addito phlogisto in verum æs resuscitata documento est.
3. Principium mercuriale, quod hydrargyrum ex hoc semper elicitem, multi statuunt, an evictum?

Venenata vi infame ab usu medico semper remotum fuit: Artifices hoc metallum tractantes asthimate, phthisi obnoxii deprehenduntur, quin in usus domesticos vasa ex cupro confecta stanno obducuntur, ne adeo facile solubilis salibus venus rodatur, noxiaque evadat. Horrendas ab hac strages omnes recensent: postremo damnavit QUELMALZ, & novissime eius noxas narrat COSNIER *Recueil periodique* T. III. & demonstravit CL. TRAVIS cuprea vasa præcipuum in navibus scorbuti causam existere, licet vasis cupreis utentes metu liberare iam voluerit LEMERY *Acad. des Sciences*, tum nuper CL. ELLER *Acad. de Berlin.*

Etiam rasuram cupri ad grana decem panis frustulos, cui butyrum esset illinitum, inspersam, & per tres continuos dies assumptam in mortu canum rabidorum, hydrophobiam arcere absque noxiis symptomatibus medicamenti, vidit *CL. GOTHENIUS*, dummodo laesio ante tres horas accidisset.

Ex cupro Adepts efficacissima remedia parasse *Illiust. L. B. van SWIETEN* asserit, artemque solam in esse, ut quodam menstruo, vel peculiari encheiresi, educatur ex cupro medicamentum, quod emeticum non sit, valide tamen corpus commoveat. Recenset talia in chemia *BOERHAAVE*, recensent & alii. Dum granum vitrioli Cupri in uncia media aquæ solutum per nares attraheretur, infecta, in sinibus frontalibus nidulantia dolores fævos, & vertigine in molestissimam producentia, enecta, & expulsa fuisse, vidit *L. B. van SWIETEN* *Comment. T. IV.*

Ens veneris *BOYLEI*, sunt flores salis ammoniaci venerei, seu sulphur anodynnum vitrioli. Tincturam veneris cum sale alcalino factam sumine aperlientem, & diureticam, a guttis tribus ad viginti quatuor in oxy-melle exhibitam, hydropicum curasse, *NEUMANN*, etiam externe adhibendam in gonorrhœa, cum præcautionibus infallibilem, *QUINCY*.

### PRÆPARATA sunt

CALX ÆRIS seu CALX VENERIS vel CROCUS, est æs in calcem metallicam, vel in furno reverberii simpliciter, vel adiumento sulphuris, vitrioli, salis marini, in crucibulo magno igne exustum.

### USUS

**USUS** internus, licet **DIOSCORIDI** laudatus, suspectus: externus ad reprimendam luxuriantem carnem, ad absumentos fistularum callos, ad stringendum plorans ulcus, adiectis aliis sipticis utilis, & forma unguenti commodus.

**AERUGO** calx est æris per acidum vegetabile corrosi, atque hæc factitia est; est enim & nativa alia, cuius non satis cognitum menstruum sit.

**USUS** externus idem escharoticus ingreditur unguentum ægyptiacum, viride apostolorum, **Felic. Wurtzii**: sed etiam contra luem venereum laudatum æruginem invenio in *Ephemeridibus N. C. Centur. VI.* Fit ex ærugine, improprie dicta ærugo destillata, seu sal venoris, dum ærugo soluta, inspissata, ad crystallisandum reponitur. Ex his crystallis spiritus æruginis seu *acetum esurinum* destillatur, particulis venereis, quod sedimentum demonstrat, dives, miris laudibus elatum, etiam contra epilepsiam laudatum in *Dispensatorio Brandenburg.* Sunt adhuc *flores* æris, *squamulae* æris, & *granulatum*, hodie haud usitata præparata.

**AQUÆ CUPREÆ** per se venenatae sunt.

**ANTIMONIUM** seu **STIBIUM** *Off. Mineralogiae* Classis Naturalis Minerarum. Ordo semiemetallorum. *Germ. Spiesglas, Gallis Antimoine, Anglis Antimony.*

**STIBIUM** fibris capillaribus separatis, semimetallicum est friabile, ponderosum, igne volatile, rapax; factitium omne est, quod in usus nostros adhibetur, licet & naturale sit. Quod vitrum largitur pallide flavescentis, non hyacinthinum, ferro mixtum est, quale hodie

hodie ex Arvennia habetur, *Cl. GEOFFROY Acad. des Sciences 1751.*

**PRINCIPIA.** I. Sulphur. II. Pars metallica regula: Primum quidem, quod prunis inspersum antimonium odorem, & flammam sulphuris communis praebat: in aqua regis solutum verum sulphur exhibeat: combustum spiritum largiatur acidum, spiritui sulphuris per campanam simillimum, *Acad. des Sciences*, tum quod sulphur vulgare regulo additum in fusione iterum regeneret antimonium, fatis superque demonstratum habetur. Verum sulphur hoc a vulgari sulphure vix diversum est, *BOERHAAVE. HOFFMANN. GEOFFROY.*

Alterum principium regulus ostendit. Sed adhuc ipse regulus suo gaudet sulphure metallico, quo si in integrum spoliatur, iners, non amplius virulentus est, actuandus tamen de novo addito phlogisto, & adeo virulentum & emeticum iam constituens pharmacon, quam ille, qui nunquam calcinatus fuit. Est hoc phlogiston, quod regulum facit, antimonio malleabilitatem tollit, & eius naturam velat. Quodnam metal- lum regulum Antimonii constitutum? hoc usque dici non potuit.

Calcinatus lente solari antimonii regulus pondere augetur *Acad. des Sciences 1666.* etiam augetur igne chemicō, *Cl. GMELIN in Actis Petropol. T. V.* ita tamen, ut ultimo dabit *IDE M.* Sed etiam in diversis operationibus pondus diversum est, *Cl. SECONDAT. Obser. de physique & d' Histoire Naturelle.* Quæsita phænomeni ratio est, nondum inventa. In bilance hydrostatica se habent gravitates specificæ aquæ, & reguli

guli antimonii non calcinati, ut 1000 ad 6200. aquæ & reguli calcinati, ut 1000. ad 4428. hinc gravitates specificæ reguli non calcinati, & calcinati, ut 6200. ad 4428. IDEM. Verum etiam aliis phænomena diversa visa: antimonio igni exposito solenne est decrementum pati. Cl. VOGEL in programmate de incremento ponderis corporum calcinatiorum Goettingæ 1753. Reptenda experimenta sunt.

Sed estne antimonium crudum venenatum? purum usculatum allii odorem non habet, HUXHAM. Antimonii crudi pulvere, se se rheumatismo, & quartana liberavit KUNKELIUS, in paralysi, podagra, fluore albo, scabie, hodie alii feliciter exhibent, & in doloribus rheumaticis, arthriticis ischiadicis, scorbuticis, antimonii effectus miratur Clar. COHAUSEN, & vidit HEINSENIUS Nov. Act. Acad. N. C. Vol. I. Contra scabiem suum, & cancrum armentorum, farinæ hordei remixtum, linguæ impositum, & loco affecto applicatum PROMPTUAR. HAMBURG. T. X. & sanguinem purificare, & equos pinguefacere Transact. Philosoph. Nr. 39. Testatur etiam HUNDERTMARK, antimonii crudi in curanda arthritide, si corpus bene preparatum fuerit, stupendam quandam, & quam vix quis nisi ipse experitus, crederet, esse viam atque efficaciam, præcipue, si id cum calce certa quadam coniunxeris, eiusdemque per aliquod tempus continuaveris usum; sed cur arcanus? Adhæc innocuum BÖERHAAVE, HOFFMANN, dicunt, etiam drachmæ unius pondere pro dosi HUXHAM. Arsenicale antimonio principium inesse, eius virulentiam inde dependere, demonstratione afferentibus probandum.

Est tamen ubi summæ virulentiae effectus edit, accido in primis viis stabulante solutum, unde ex prudenter

tia

tia minimam dosim, eamque adhuc triplo aut quadruplo absorbentium pondere temperatam, primo præscribendam PARISIENSES contendunt, experimento & periculo Cl. MALOUIN, qui antimonii crudi in vino digesti solutione austera, degustata vexatus fuit. Præscribitur etiam absque absorbentibus cum aliis; ita minimis dosibus cum cortice Winterano feliciter datur, COHAUSEN.

Solvaturne in aquosis, multa disputatio. Principia desunt, & nescio an surrogata in decoctis præscribentium satis fida observatio? Sed compulsis experimentis, veritas patebit: In decocto exhibendi antimonii crudi modum experimento improbavit MENGHINI in *Comment. Instit. Et Acad. Bonon.* T. II. P. II. aqua enim ad tertiarę partis consumptionem cum antimonio cocta tantum pauxillum terrae calcareę, nihil sulphuris continebat. Aqua solvit nihil, solvit nihil spiritus, HUXHAM. Saponacea plantarum aciditas in ambo principia agit, & levem tartarum emeticum extrahit, IDEM, etiam aqua pluvia, tum fluvialis, in calore moderato digestionis, cum antimonio lactescit, & sulphur sapit, IDEM. Sic quæstio iudicata est. Quid? quod cum aqua diu tritum, agitatum antimonium, saltem dederit acidum, Chymie Hydraulique.

USUS MEDICUS a minima dosi incipiendum præcipit, grana exhibens tria, quatuor, ad decem, viginti, cum lapidum cancerorum scrupulo, drachma semis: Valet in scabie, gonorrhœa, arthrite, morbis saturninis &c. in petia ligatum suspenditur in decoctis antivenereis, HOFFMANN.

PRÆ-

## PRÆPARATIONES.

ANTIMONII VITRUM, antimonii calcinati cinis est, in vitrum fusus, vehementissimum emeticum, quod cum vino digestum aqua benedicta RULANDI audit, addito saccharo inspissatum syrupus emeticus ANGELI SALÆ. Aquæ huius benedictæ dosis a drachma una, duabus, ad unciam semis. Est eadem syrupi.

Hoc vitrum antimonii hyacinthinum colorem a sulphure habet, quem in foco speculi istorii calcinatum perdit, & innocuum evadit antimonium diaphoreticum HUXHAM. Tum ex vitri antimonii pulvere, cum oleo vitrioli sumante & aceto frigore concentrato, acetum lithargyrii, quod alteri compositioni ex sulphure aurato antimonii, primæ, & secundæ præcipitationis, cum oleo papaveris ad sufficientem solutionem cocto, separatis, cum emplastro diapompholigos mixtis, unguentum nutritum conficit cancerosis utile Cl. IACOBI Nov. Act. Acad. N. C. Vol. I. Cicutæ extractum simplicius est.

ANTIMONII VITRUM CERATUM, patratur, dum ceræ flavæ drachmæ uni in cochleari ferreo fusæ uncia una vitri Antimonii in pulverem tenuissimum redacti, additur, & totum leni igne liqutatur, & spatula continuo actum per semi horam in pulverem tabacæ hispanicæ simulcum redigitur. In operatione nec ad ignis gradum attendendum, nec ad tempus respiciendum esse YOUNG, non bene.

USUS MEDICUS in dysenteriis omnibus specificus, omni ætati, conditioni, etiam pregnantibus, & pueris utilis: lactantibus, dosis granum semis, trian-

aut

aut quatuor annorum pueris, grana duo, tria, *Society of Edinburgh*, infantibus grana quatuor, adultis quinque ad decim, duodecim *ibidem*. Sed lactantibus, & aliis infantibus, cum circumspectione exhibendum, hi enim acido sàpius laborant. Difficile etiam admodum in aliis rectum doseos punctum asse- qui, PRINGLE edixit. Effectus violentos, & caute- las lege in *Actis Edimburg.* Ignorari vero non debet la- pidum cancerorum pulverem huic additum violentos effectus plerumque præcavere, sicque tutissime in dys- enteria exhiberi, nilque duarum triumve horarum spatio superpotandum esse, esse etiam ab omnibus aci- dis maxime abstineendum, hinc etiam admodum male cum oximelle dari, brevi nauseae, vomitum facturum non criticum.

In officinis asservatum de novo haud terendum, HUXHAM, nec cum aliis multum comminuendum, IDEM. Saccharo tamen, quod constanter admiscet, vim antimonii temperari, suspicatur CL. BASTER Comment. *Societ. Scient. Harlemens.* p. II. In aliis morbis adhuc varii varie laudant, ad omnes alias eva- cuationes GMELIN, in hæmorrhagiis quibuscumque GEOFFROY *Acad. des Sciences* 1745. in colica Picto- num IDEM. Nuperiine etiam in epilepsia, & ma- nia tentatum, cum successu quinquaginta vicibus exhibitum, *Gentleman's Magazine*, & quinque gra- norum dosim catharri suffocativi paroxysmium fu- stolisse observavit Illustr. BUCHNERUS *dissert. in- augur. de viribus vitri antim. cerati* 1757.

ANTIMONII REGULUS ex antimonio, vel per se sola fusione, vel salibus fusoriis additis factus, duplex, prior ex sola præparatione nomen habet, al- ter

ter a figura stellatus audit. Uterque potenter emeticus, aceto adhuc actuandus. Fiunt ex aliis antimonio additis, reguli alii: addita limatura ferri cum nitro martialis, stanni cum nitro iovialis, & his commixtis regulus metallorum, adiecto vero sale communi cum sale tartari medicinalis, vix certæ omnes efficaciæ. Regulus martialis de marte habens nihil, edulcoratus dia-phoreticum martiale LUDOVICI audit, haud prioribus præstantius. Similem proponit Cl. HUXHAM, ex antimonii puri partibus duabus, limaturæ ferri parte una, nitri puri parte fere una; scorias pulveratas edulcoratas efficaces habet in fluore albo & leucophleg-matia.

ANTIMONII HEPAR ex antimonii crudi, & nitri anaticis portionibus per detonationem exurgit. Hoc hepar edulcoratum, siccatum, CROCUS METALLORUM, seu terra sancta RULANDI, audit, non semper bene præparata, ut tuto exhiberi possit; hinc in tanta præparatorum antimonialium incertitudine, longa edoctus præfert HUXHAM, quod sequenti modo faciendum suadet: Bene præparati vitri antimonii uncia una pulverata, infundatur libris duabus boni vini Hispanici albi calidi, digerantur decem, duodecim diebus, interdum concutiantur, ultimis diebus subsidentibus partibus, decantetur vinum, per chartam emporeticam coletur, vase clauso servetur. Dosis pro infantibus unius, duorum annorum, a guttis decem ad triginta, pro adultis uncia semis, una, ad duas, scopo vomitorio; alterante vero, aperiente, & sudorifero, adultis a guttis triginta, quadraginta, ad sexaginta infero lactis, potu theiformi, idque bis vel ter de die in morbis cutaneis, intestinorum, viarum urinæ, & Crantz M.M. T.III.

G

ner.

nervorum, præcipue in scorbuto frigido, asthmate, leucophlegmatia, ictero, cephalalgis rebellibus, vertigine, epilepsia, mania, febris intermittentibus tergiversantibus, catarrhalibus, etiam inflammatoriis, pulmonum suppressis sputis, felici cum successu saepius exhibuit Anglorum Æsculapius. Reiterata Viennæ experimenta sunt, infusione facta in vino Tocavensi, scopo alterante guttæ sex datae, & hæ satis efficaces inventæ: nonne in vinis est differentia? etiam vis emetica increscit pro tempore, quo infusio potrahitur, BRADLEY *a Course upon the Materia Medica.*

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM  
 detonante tripla parte nitri supra unam antimonii producitur. Vera reguli antimonii calx nitro facta, & nitroso sale imprægnata, quæ si non abluitur, edulcoratur, stibium diaphoreticum, non ablutum audit, sin contra, antimonium diaphoreticum, non ablutu ignavius longe, quod lixivium evaporationi, & crystallisationi traditum, præter alia manifestius docet, cum crystallos suppeditet nomine nitri antimoniat notas: Ne ideo tamen omnimode effœtum, quod acido nitri sale adhuc dives inveniatur, atque id ipsum clarius huius cum duabus saponis nigri partibus detonatio, flammæque *Acad. des Sciences*, auctum compositi post edulcorationem pondus, MEUDER, tum ex instillato vitrioli oleo rubri vapores *C. VOGEL*, declarant, observationes etiam practicæ confirmant. An ab aere arcendum antimonium diaphoreticum? qui vim emeticam illi conciliare perhibetur, BRADLEY *a Course of lectures upon the Materia Medica*, rara obseratio!

An-

Antimonium diaphoreticum purgantibus mixtum, sensibiliter horum vites acuit, manifesto in pulvere cornachini arguento, BOERHAAVE, absorbens est IDEM, & diaphoreticum: dosis a granis decem ad quadraginta. Stibium diaphoreticum non ablutum incidens, expectorans, in glutine pulmonum utile, & in morbis cutaneis non spernendum. Dosis a granis decem ad triginta, etiam maior.

**ANTIMONII AETHIOPS** Cl. HUXHAM fit ex crudi antimonii tenuissime pulverisati tribus partibus, depurati argenti vivi quatuor, & florum sulphuris partibus duabus, in tenerrimum pulverem commixtis; laudatur in morbis cutaneis, obstructis colligandulis, defluxionibus. Dosis est a granis decem ad quadraginta.

**TARTARUS EMETICUS** diversis in locis ex diversis antimonii preparatis confectus, ex croco metallorum, & cremore tartari apud nos, operatione non in integrum probata, quod adhuc calidus liquor filtretur, & ad crystallisationem reponatur, paratur. Cæterum ope tremoris tartari, & croci metallorum paratum, optimum putat Cl. ESTEVE in *Quaestione IV. pro vacante cathedra Montpelienſi*, sed solum ad siccitatem evaporandum, non vero crystallandum, quod imbecillior longe fiat, suadet IDEM. Sed etiam non crystallisatus in aere quandoque humescere solet, quod non leve incommodum.

Reguli in diversis tartaris emeticis quantitatem resuscitatione docuit in *Acad. des Sciences GEOFFROY.* Tartari emetic debilissimæ virtutis unciam unam, reguli drachmam unam, & grana octodecim, mediæ

virtutis drachinam unam cum semisse, maximæ drachinas duas, & grana decem continuissime visum, ut regulinæ partis in tartato emeticō dosis patescat.

Sed adhuc alia operationis momenta ignorari non debent; vitrum antimonii in pulverem impalpabilem redactum abundantius solvi grossiori, BAUME *Journal de Medecine &c. Avril 1761.* libras duas tremoris tartari solvere ex anatico pondere impalpabilis pulveris vitri antimonii, uncias viginti tres & drachinas sex, & suppeditare uncias tres sulphuris aurati, IDEM. Longa nimis ebullitione tartarium emeticum inertiorem reddi, HOFFMANNUS: Tartarum emeticum ebullitione antimonii crudi cum tremore tartari tentari posse, & sic confectum debilem admodum esse, GEOFFROY, in vase ferreo excoctum deliquescere, vix crystallisari, contra vero in vase argenteo, BAUME; anaticas partes tremoris tartari & vitri antimonii aquam viridem efficere, deficiente una citrinam fieri, IDEM. Nostratibus dosis grantum unum ad tria per se, actuanctorum aliorum causa granum semis, unum, adjicitur.

SULPHUR AURATUM ANTIMONII,  
nihil aliud est, quam sulphur antimonii alcali solutum,  
acido præcipitatum, regulo dives, idque obtinetur de  
tonatione hepatis antimonii ex nitri, & antimonii æqua  
libus partibus conflati, vel scoriarum flavescentium re  
guli antimonii simplicis coctione, & præcipitatione  
per acetum, & id quidem sulphur antimonii auratum  
primæ præcipitationis vocant; dum vero denuo instil  
lato acetō demittitur pulvis, is præcipitationis secundæ,  
& sic porro habetur.

Primæ,

Primæ, & secundæ præcipitationis sulphur auratum, violenter emeticum, tertiae vero mitissimum, depra-dicant in catarrho suffocativa præstantissimum, licet tamen etiam primæ præcipitationis tale conficerit ex regulo, nec vomitorium, nec purgans BRENDELIUS, & huius quidem encheiresis cardo in eo verti dicitur, ut ad confectionem reguli antimonii parva nitri quantitas sumatur, prioribus rebus non commisceatur, sed his superinjiciatur. Repetenda experimenta sunt, & quærenda inventorum ratio.

Cæterum virtus sulphuris antimonii aurati antivenerea probata in *Ephemerid. Acad. N. C. KLAUNIG*, & sulphur antimonii auratum ultimæ præcipitationis multum UNZERUS *Biblioth. Raison.* in catarrho suffo-cativo, in spasmus, convulsionibus, hypochondriaco-rum hysteriarum, in tussi infantum, in febribus in-termittentibus laudat.

Ex sulphure aurato antimonii, & calomel multo-ties sublimato alterantem suum pulvere in porragine capitis, aliis morbis cutaneis, faciei, bubonibus, go-norrhœa, gran: quindecim de die partitis dosibus utilem, componit *Clar. PLUMMER Society of Edim-burg. T. I.* in ischiade pertinaci, & morbis ex impuriis, & viscidis humoribus *Nova Acta Acad. N. C. Vol. V.* laudant; non minoribus ornatur encomiis a *Cl. WERLHOFF in Act. Medic. Edimburg. specimi-nibus duobus, Hanoveranae 1735.* sed minori dosi dan-dum monet, a grano uno ad tria pro dosi, continua-to per plures hebdomades usu, additis etiam pro re-nata aliis, siquidem maiorem sulphuris antimonii do-sim facile vomitum, calomelitis continuati salivam ciere dudum expertus sit; adhac iam *Illustriſſ. HU-*

**GONEM** tineam chronicam, achores, scrophulas, simili medicamento ex succino, exigua dosi mercurii dulcis, & sulphure antimonii **GLAUBERI**, curasse, ita etiam martialia cum sulphure antimonii miscuisse **HOFFMANNUM**, & auctam horum efficaciam in morbis chronicis adinvenisse, *Dissert. Epistolari Actis ne-*  
*xa p. 26.* monet **IDE M.**

**SULPHUR AURATUM ANTIMONII**  
liquidum in *Actis Acad. Mogunt.* T. I. præparatum est, quod in leproso profusse dicitur.

**KERMES MINERALE** alias etiam pulvis carthusianorum, est sulphur antimonii auratum, alcali solutum, sola ebullitione paratum, sulphuri aurato antimonii simile, licet alia operatione paratum, **HUXHAM:** obtinetur, si antimonii crudi una pars, olei tartari p. d. una quarta, & duplum aquæ pluviae per duas horas ebulliant, filtrantur, & de novo eadem quantitas aquæ & nitri fixi addatur, **GEOFFROY Acad. des Sciences.** Totum antimonium fere in kermes redigi potest, **IDE M.**, & post septuaginta octo vices adhuc extraxit **IDE M.**, quod etiam repetens experimentum *Illustr. L. B. van SWIETEN*, ad finem denum perducere non potuit ita, ut nullum amplius kermes obtineret, ut ex facili in *Quæstione VI. pro Cathedra Medica Montpelienſi vacante: an tota ſubſtantia Antimonii in Kermes Minerale verti poſſit?* affirmet *Clar. ESTEVE.* Drachma una ſic præparati, & edulcorati kermes mineralis continuuit ſedecim, septemdecim grana reguli, tredecim, quatuordecim grana ſalis alcalini, quadraginta, & quadraginta unum sulphuris communis, in experimento *Cl. GEOFFROY Acad. des Sciences.* Maiori quantitate reguli imprægnatum, violentius emeticum,

ticum, coctione rectificandum in phiala ampla,  
nova aquæ, & olei tartari per deliquium dosi,  
IDEM; potest etiam kermes mineralè fusione parari,  
IDEM.

USUS MEDICUS in glutinosis, pituitosis, pul-  
monum affectibus, universalis, in pleuritide, peripneu-  
monia ubi aut lentius spuma procedunt, aut suppressa  
funt, in tussi ferina infantum cum spermate ceti exi-  
mius, in morbis cutaneis, aliisque ex emunctiorum  
obstructione ortis, in ipsis febribus autumnalibus, chro-  
nicis, HOFFMANNUS, sunt, qui etiam in epilepsia,  
& spasmodicis affectibus, vel a glutinoso, vel a dys-  
crafia sanguinis exortis, pluriuum depraedent: In-  
fantibus granum unum cum lapidum cancerorum scrupu-  
lo uno, in tres doses dividitur, etiam mellis unciae se-  
mi immiscetur, & de die propinatur: pueris eadem  
dosis bis de die datur. A granis duobus ad quatuor  
conceditur adultis, & diei naturalis spatio triginta sex  
grana pleuritico dedit LEMERY filius: si vero ker-  
mes nauseas facit, oleosis, anodynus, balsamicis tem-  
peratur, quibus semper maritandus, HUXHAM. Sco-  
opo autem diaphoretico in morbis cutaneis omnium  
optime in vehiculo calido theiformi matutino tempore  
datur, HOFFMANNUS.

Verum adhuc scire iuvat a minori semper dosi inci-  
piendum; variat enim multum medicamentum pro va-  
ria præparatione, HUXHAM, abstinendum ab acidis  
decoctis, vel acescentibus, IDEM. Kermes mineralis  
drachmam unam cum farinæ liquiritiae viridis optimæ  
drachmis sex, exacte miscet, & hunc pulverem grano-  
rum viginti, ad viginti quinque dosi, omni trihorio,

aut quadrihorio exhibet, & laudat in *Comment. Societ. Scient. Harlemens.* p. II. Cl. BASTER.

TINCTURÆ ANTIMONII variaæ diversis in officinis usitatæ, nobis illa ZWOELFFERI solum habetur.

FLORES ANTIMONII cum sale ammoniacœ factos, in potu aquæ simplicis, per intervalla adhibito nitro antimoniato cum radice hellebori nigri, rabisos plurimos sanare, STEURLINUS *Ephemerid. N. C. Cent. I. Observ. 84.*



CLAS-